


ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN I.

AD INSCRIPTIONES BELLO HANNIBALICO
ANTERIORES.

1 (ad I, 36; cf. I p. 553). Post ANNORV litterae m vestigia inveniri ulla negat Ritschelius in supplemento III¹) p. XX lapide denuo inspecto.

2 (ad I, 38; cf. I p. 553). Idem ait l. c. p. XXI in lapide esse ACCVMV-
LAVI.

3 litteris vetustis in fragmento columnae. De marmoris natura differunt periti; Altinius habuit pro eo q. d. *palombino*, Martinorius apud Garruccium pro eo q. d. *carnagione*, Ponzi geologus apud eundem pro eo q. d. *maiolica* effosso ex montibus Corniculanis. Rep. ad duodecimum lapidem viae Ostiensis *nella tenuta di Malafede*. Deinde apud sculptorem Fabium Altinium. Iam in cavaedio musei Lateranensis.



Henzenus *Bull.* 1869 p. 267 qui vidit et ab eodem Ritschelius in opusc. philolog. 2, 776. Misit Mommseno Benndorfius. Garruccius *de' canoni epigraphici di Frid. Ritschl* ex ephemerede *Civilità cattolica* ser. 7 vol. 9 p. 40 sq. addita imagine lithographica.

Tota inscriptio cum obscura sit, de eo quod solum fere intellegitur *pleib-* pro *pleb-*, egit l. c. Ritschelius. Extremum vocabulum legendum esse PRO-

¹) 'Priscae Latinitatis epigraphiae supplementa' quinque edita Bonnae a Friderico Ritschelio et quidem primum (pp. XVII) a. 1862, secundum (pp. XII) a. 1863, tertium (pp. XXII) a. eodem, quartum (pp. XVIII) a. 1864, quintum (pp. XXI) a. eodem, sic ut supra factum est a nobis allegabuntur.

BAVEQ_ monuit Henzenus; utrum sit probave(re)q(ue) an probave(l)q(ue), nescimus. Garruccius quod proposuit, scripturam duobus ordinibus dispositam esse contendens,c·CINCI | AIDILE | PLEIB | OPVS (legit PVs) | PROB-VERO (legit PAVEFO), id quatenus a nostra lectione discedit totum ficticium esse testantur Henzenus Corssenusque, qui ipsum lapidem totum detritum et confractum cum imagine Garrucciana diligenter contulerunt.

- 4 in magno lapide Albano, qui Tibure dicitur repertus esse; nunc est Romae in vinea Grandi prope circum Maxentii.

AID · CVR · VE/
ITERNS · LO_c
AVIT · EISDE
M · AID · PL · PROB

Bormannus qui vidit Bull. 1869 p. 268.

..... aid(ilis) cur(ulis) Ve[l]iterns (?) lo[c]avit, eisdem aid(ilis) pl(ebe)i probavit. In VE/ITERNS quid lateat, nescio.

POCVLA.

- 5 in poculo nigro picturis albis, quod ubi repertum sit ignoratur; Romam attulit homo regionis Clusinae. Simillimum est Volcani poculo (I, 50).

AISCLAPI · POCOCOLOM sic
puer volans d. praeser-
culum, s. pateram tenens

Brunn, qui descripsit, Bull. dell' inst. arch. 1864 p. 24; Ritschl suppl. V p. IX et pictam tab. V A; Ariod. Fabretti C. I. Ital. CCCXIV, LXV.

De ai diphthongo in verbo *Aisclapi* cf. Corssenum *Vocalismus* (ed. 2) I 682. Formam Graecam eam, quae invenitur in aere Bononiensi (*Ann. dell' inst. arch.* 1834 p. 223 tab. E), ΑΙΣΧΛΑΠΙΟΙ, id est ΑΙΤΑΛΑΠΙΩ, cum hac composuit Brunnus. Aesculapius cum inde ab anno demum 463 in Italia cultus sit (cf. Preller mythol. Rom. p. 606), patera post hunc annum picta videtur.

- 6 (= I, 45). Inter alia exemplari antiquitatum Hortae editarum a Fontanino Romae a. 1708, servato Hortae apud clericum quendam, a nescio quo homine rerum antiquarum curioso post a. 1830 adscripta Carolus Zangemeister repperit poculi picturam proxime accendentem ad eas, quae cernuntur in tabula Ritscheliana X c. d. e., inscripti sic:

COTRA POCOLO

Inscriptionem eandem esse atque quam secundum relationem Garruccianam nos l. c. proposuimus sic: COERAЕ POCOLO probabile est; ab explicatione autem satius est adhuc abstinere.

VASCVLA CALENA.

7a in parte interiore patellae cretaceae nigrae litteris prominentibus circa figuras Bacchiae pompe ad aediculam tendentis similiter forma impressas. Initium et finis inscriptionis trium litterarum fere spatio distincta sunt. Rep. Tarquinii.
L · CANOLEIOS · L · F · FECIT · CALENOS

O. Benndorf *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 243 qui vidit.

b (= I, 53) in altera simili, ex qua media prostat Sileni figura dimidia, circa quam inscriptio est serto circumdata. Rep. Caere a. 1834, nunc adservantur Parisiis in museo monetario publico male restituta.

L · CANOLEIV · L · F · FECIT · CALENV

Haec legitur I, 53 sic ut vasculi resarcinatores eam male composuerant et interpolaverant. Accurate inspecto vasculo Detlefsenus (*Gerhard archäol. Zeitung* 1863 p. 74*) intellexit hodie non superesse ex antiqua inscriptione nisi ea quae supra dedi litteris rectis; quae dantur inclinati, accesserunt ex exemplo Krameriano, qui quaedam vidit postea deperdita. Plura quam supplevimus spatium recipere Detlefsenus negavit; scriptum fuisse necesse esse in testa *CANOLEIV* et *CALENV*. [Quae olim contra Detlefsenum scripsi l. c. p. 78 motus singulari admodum et paene mirifica nominis forma, iam refutata sunt reperto vasculo simili eo quod edidit Benndorfius. Th. M.]

8a litteris in circulum formati, sed ut de principio constet propter ornamenta interposita, non scriptis, sed signaculo impressis, ut promineant, in patellae cretaceae nigrae fundo. Rep. Tarquinii, nunc Petroburgi in museo.
RIITVS · GABINIO · C · S · CALIBVS · IIIC TII ·

c litterae verbi *IIIC* fortasse i inscriptam esse adnotat Henzenus.

b in altera simili litteris melioribus ibidem rep. ibidemque nunc servata.

RETVS · GABINIVS · C · S I CALEBV · FECIT

c in tertia simili ibidem rep.

RETVS · GABINIO · C // CALEBV · FECIT · E ·

R littera nominis *RETVS* eius formae est ut paene pro **r** haberi possit; litterae **T · E** in fine restitutae sunt ab eo qui patellam fractam resarcivit.

Primam et secundam descripts Henzenus *Bull. dell' inst. arch.* 1871 p. 153, tertiam O. Benndorf ibidem 1866 p. 242.

Retus nomen id ipsum est quod *RHETVS* scribitur I. Neap. 2383 sq. 5456 usurpatum ibi de hominibus condicionis libertinae. Gentilicium nomen cum adsit, elementa quae sunt **c · s** explicationem quae sponte se offert *Gai servus* non recipient, ut fortasse cogitandum sit de interpretatione *cum suis*. — De vasorum fictiliis fabricis Campanis cf. Marquardt *Handbuch*

V 2 p. 254; Büchsenschütz die Hauptstätten des Gewerbesfleißes cet. p. 24; Blümner, die gewerbliche Thätigkeit der Völker des klassischen Alterthums p. 116. — Postrema verba in *a* et *c* Garruccius legit: *fec(i) te*, cum in *b* sit: *fecit*. [Mihi quoque, cum hanc editam vidi, in mentem ea revocavit formulam *cum suis* in sacris sepuleralibusque aetatis imperatoriae obviam, quae etiam primis litteris notata reperitur aliquoties (ut Orell. 4506); quamquam eiusmodi tituli et aetatis et regionis diversae ad hunc explicandum proprie non faciunt. Etiam magis placeret *cum servis*. Sed fortasse adquiescendum est in interpretatione sollemni; nam etiam apud Ciceronem ad fam. 5, 20, 2 qui libertinus est *servus* dicitur potestque defendi servorum familiaeque vocabula olim ad libertinos quoque pertinuisse. In fine si quid est praeter *fecit*, certe qui explicat *fec(it) te(stam)*, paullo minus ab artis legibus recedet quam ibi inserens allocutionem figuli ad ollam. TH. M.]

9 patella cretacea nigra litteris eminentibus intus scriptis, rep. Calibus, Mommseno visa Neapoli a. 1845 vel 1846, nunc Parisiis in museo baronis de Witte. C · GABINIO // T · N · CALIINO

Descripserunt Mommsenus I. Neap. 6307, 24 et Detlefsen apud Gerhardum archäol. Zeitung 1863 p. 71*. Pictam dedit Michaelis ibidem 1863 p. 43 tab. 173 n. 4.

10 in patella cretacea nigra, ex qua media prostare videtur flos radiatus, circa quem inscriptio est litteris prominentibus valde detritis. Caere rep.

.. GABINIVS · L · F · FIICIT

Ita legere sibi visus est H. Brunn Bull. dell' inst. arch. 1865 p. 221. Garrucci canoni epigrafici p. 10.

Initio lacunam indicavi ego, praenomen enim deesse non potest. L · GABINIO Garr.

11 in frusto patellae(?) in Sicilia rep., ex qua media prostat Scyllae figura.

L · GABINIO

Caylus Recueil (1759) p. 85 tab. III 22, 4; composuit cum proxime relata Brunnius.

12a in patella cretacea nigra scriptum intus litteris prominentibus inter caelaturam, quae reprezentat Scyllam pisces crocodilum. Et elementa et caelatura simul impressae sunt eadem forma. Calibus reperta.

K · ATILIO

Novius per Negebaurum misit Gerhardo (arch. Anzeiger 1863 p. 79*).

b in altera simili, in qua praeter inscriptionem ranula et cancer impressi inveniuntur. Neapoli emit Piot Parisinus.

· IC · ATILIO

Repperit Detlefsenus ediditque apud Gerhardum *archäol. Zeitung* 1863 p. 13*; vidit etiam Mommsenus l. c. p. 79*. Ab illo Ritschl suppl. II p. 10. Pieta datur delineata a Detlefseno tam apud Ritschelium l. c. tab. n. C quam in ephemeride Gerhardiana 1863 p. 43 tab. 173 n. 3.

Prima littera patellae Parisinae sic est IC; lineolam, qua iunguntur I et C in pictura Detlefseni, in ipsa patella cerni negavit Mommsenus l. c. Littera K similiter formata redit in titulo Umbro tabulae Ritscheliana LXXIII A.

- 13** in patera cretacea nigra ornata litteris pervetustis signaculo impressis.
Rep. Vulcis inter a. 1835 et 1837. Exstat Romae in museo Gregoriano.

C · ΡΟΓΙΑΙ

Museum Gregorianum II, 102, 2. 2a; Benndorf *Bull. dell' inst. arch.* 1866 p. 244, cui descriptam dedit R. Schoene.

- 14** in patella cretacea nigra inter folia caelati operis item forma expressae sunt litterae hae pervetustae. Toscanellae apud Valerium.

LAPI

O. Benndorf *Bull. dell' inst. arch.* 1866 p. 244, qui vidit.

[Inscriptiones quas supra rettulimus n. 7—14 eiusdem fere originis et aetatis esse dubitari non potest. Differunt a fabrilibus inscriptionibus aetatis posterioris eo, quod non leguntur extrinsecus in fundo vasculi, sed intus inter anaglypha, quorum partem faciunt iisdem formis litterisque et ipsis eminentibus expressae. Patellae profectae ex figlinis cum aliorum tum Gabiniorum Calenis originem eam plerumque indicant modo oppidi vocabulo enuntiato, quod est *Calebus*, modo ethnico *Caleni*, id enim cognomen non esse iam constat. Inventae sunt aliae ipsis Calibus (n. 9. 12a) vel certe in Campania (n. 12b), aliae exteris scilicet venditae in Etruria Tarquinii (n. 7a. 8a. b. c.) Vulcis (n. 13) Toscanellae (n. 14) Caere (n. 7b. 10), fortasse etiam in Sicilia (n. 11). Nomen quod inscriptum habent, aut figuli aut, si magis placet, caelatoris, in omnibus videtur efferri casu primo; nam de tertio, quem olim parte tantum eorum cognita in quibusdam scriptum esse putavi, iam cogitari non potest. Sane quod primus casus sic finit modo in os (n. 7a), modo in us (n. 8a. b. c. 10), modo in o (n. 8a. c. 9. 11. 12a. b), modo in u (n. 7b), ut adeo in eodem vasculo us et o coniuncta reperiantur (n. 8a. c), mirum est. Sed fortasse etiam eo tempore, quo nominativus plerumque in os vel o efferebatur, us et u simul in usu fuerunt, ut I, 62 legitur in eadem lamina *Placentios* et *Placentius*, item n. 19 *Silanus* et *ebrios*, *Ilios* cet., n. 24 *Painiscos* et *Pilipus*. Cf. Corssen *Vocalismus* 2, 92. TH. M.]

- 15** in manubrio ex creta alba servato in museo Kircheriano.

Π · ΚΛΙΣΙ

Descripsit nobis Zangemeister. Ed. Garrucci *graffiti di Pompei* p. 25 (inde Ritschl tab. XI K) neque descriptione vasculi addita neque loco ubi extaret indicato; unde Benndorfius adiecit Calenis. Iam utroque patefacto appare ad ea non pertinere; placuit tamen ponere et ipsum.

- 16** litteris stilo scriptis in fundo patellae feticilis nigrae. Asculi in museo municipali.

2 M R I A Z

Descripsit de Rossi, testatus litteras rudes esse et remotae vetustatis. Hanc quoque adiecimus, etsi originis naturaeque diversae est.

CISTAE ET SPECVLA PRAENESTINA.

- 17** (= I, 54). *Nel territorio di Lugnano mia patria diocesi di Palestrina ... si è trovato un curioso monumento che è una grande mole di vaso di metallo, di lamina sottile cet. FICORONI in epistula ad Muratorium scr. 14 Mai. 1738 servataque inter Muratoriana (inde Schoene I. c. p. 152). Quel pregiivolissimo vaso di metallo che insieme colla patera ed una cassetta da riporre forse gli aromi per li sacrificj fu ritrovato pochi anni addietro nel braccio della Labicana vicino alla chiesa di s. Rocco e benchè il Ficoroni, che lo donò al Museo Kircheriano del Collegio Romano, credette che fosse scoperto fra i confini di Palestrina e di Lugnano, mentre fui accertato da chi lo vendè al detto Ficoroni che ritrovollo nell' enunciato sito. CECCONI storia di Palestrina 1756 p. 90, quo testimonio confirmatur, quod de cistae ex ipsis sepulcretis Praenestinis origine coniecerat Mommsenus.*

DINDIA · MACOMNIA · FILEAI · DEEDIT ·
NOVIOS · PLAVTIOS · MED ROMAI · FECID

Tongiorgius *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 176 et Schoenius *Ann. dell' Inst.* 1866 p. 158 docuerunt FILEAI legendum esse, non FILEA; i littera latuit adhuc sub rubigine.

Ad ea quae de inscriptione sub uno cistae pede scripta I p. 553 ex Garruccianis rettulimus, addendum est ante Garruccium iam Marchium (*la cista atletica del museo Kircheriano Romae* 1848 p. 15) legisse ibi vocabulum MAQOLNIA. Addit is de tribus tantum primis litteris satis constare. Vere elementa quaedam ibi cerni etiam Tongiorgius idoneus testis et autopta Schoenio narravit (p. 156). Ceterum recte sine dubio Schoenius eam inscriptionem a fabro inter opus exaratam credit ideo, ut cuius cistae pes ille esset ne obliteretur, non ut exposita maneret.

- 18** speculum Praeneste rep. a. 1868; possidebat primum comes Tyskiewicz, nunc Sambon Neapolitanus.

POLOVCES

<i>vir</i>	<i>CASTOR</i>	<i>vir barbatus</i>	<i>vir</i>
<i>nudus</i>		<i>manibus ad</i>	<i>nudus</i>
<i>sinistra</i>		<i>arboris trun-</i>	<i>sinistra</i>
<i>hastam</i>	<i>R</i>	<i>cum adligatis</i>	<i>hastae</i>
<i>tenens</i>			<i>innixus</i>

Helbig *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 14; H. Heydemann *Ann. dell' Inst.* 1869 p. 198 tab. VII 3.

19 Praeneste in cista.

in operculo:

Silenus	EBRIOS	femina in equo marino	vir in monstro marino					
<i>in ipsa cista:</i>								
SILANVS	DOXA	LAOVMEDA	AIAK·ILIOS	LECES	SORESIOS	ACMEMENO	ISTOR	LAVIS
Satyr	femina	femina	vir hastae	scriptum	vir hastas	vir	iurenis	femina
cum	in manu	hermae	innixus	in tabella	duas	baculo	digito	
femina	columbam	innixa	frenis	columnae	tenens	innixus	nasum	
	tenens	fune	equos	adjixa		arae		tangens
		cervam	duos			innixus		
		ducens	tenens					

R. Schoene qui vidit in ann. inst. arch. 1870 p. 335 sq. tab. XXII. XXIII.
Pro LAOVMEDA legi posse etiam LADVMEDA monuit Henzenus.

Quamnam fabulam repraesentare voluerit caelator cum nondum satis explicare potuerint viri eruditii, ne de nominibus quidem omnibus liquet. Qui medius cernitur omnino est Ajax Oileus, nam pro vocabulo Οἰλεύς item reperiri et Ἰλεύς et apud Latinos auctores Oileus (ut Cic. de orat. 2, 66, 265 tuos Aiaces Oileos) recte monuit Schoenius, neque audiendus est Corssenus (apud Schoenium p. 338) secundum vocabulum nescio quomodo trahens ad nomen equi. Item quod pingitur in tabella ad columnam pendente ΛΕCES, recte idem Schoenius vidit non esse alterius equi nomen, quae est opinio Corsseni, sed *leges* vocabulum. Soresios obscurum. Acmemeno est Agamemno; comparavit Corssenus quod est I, 1539a *Calvenet(ius)*. Istor rursus obscurum, quamquam Graeca radix perspicua est. Lavis Corssenus credit esse Graecum Αἴας probabiliter. Laoumeda mulier Graece dicenda fuit Λαομέδη vel Λαομέδα, ut Ἀνδρομέδα. Doxa ad nomen certe intellegitur. Silanus, ebrios explicatione non indigent.


²⁰ in cista rep. Praeneste, possessa primum a Pasinatio, nunc ab Anglo Donaldson.

cASTOR							
<i>iuvenis</i>	<i>iuvenis</i>	<i>vir barbatus</i>	<i>Minerva</i>	<i>femina</i>	<i>femina</i>	<i>femina</i>	<i>iurenis</i>
<i>sinistra</i>	<i>dextra</i>	<i>parvis pedibus</i>	<i>dextra hastae,</i>	<i>alata</i>	<i>puer</i>	<i>puer</i>	
<i>hastae</i>	<i>hastae</i>	<i>et manibus,</i>	<i>sinistra scuto</i>	<i>sedens</i>			
<i>innixus</i>	<i>innixus</i>	<i>magno ventre</i>	<i>innixa</i>	<i>dextra</i>			
<i>equum</i>	<i>equum</i>	<i>dextra falcam,</i>		<i>sublata</i>			
<i>freno</i>	<i>freno</i>	<i>sinistra clavam</i>					
<i>tenens</i>	<i>tenens</i>	<i>tenens, leonis</i>					
		<i>pelle indutus</i>					

R. Schoene qui vidit in ann. inst. arch. 1870 p. 344 sq. tab. XXIV. XXV.

PATER PVMILIONOM a dextra ad sinistram scriptum est ut HERCELE I, 56, VICTORIA I, 1500, CASENTER I, 1501 (cf. p. 554 add. ad n. 55). Vocabulum legi posse et PVMILIONOM et PVMILIONOM monuerunt amici Romae degentes. Schoenius observavit sub nomine patris pumilionum repraesentari Pygmaeum.

21 cista aerea nuper Praeneste reperta, nunc Romae apud Martinettium.



Iuppiter (*iovos*) in solio sedens sinistra fulmen tenet, dextram imponit umero Iunonis (*ivno*), quae iuxta eum stat. Ab iis aversus adstat Mercurius (*MERCVRIS*) oculis ad dextram, fortasse in Apollinem, coniectis, dextra caduceum (?) tenens. Iuxta stat Hercules, cuius nomen potest sub robigine latere, pelle leonina amictus et item ad dextram conversus. Ad eum respicit Apollo (*APOLO*), sed discedit tamquam iratus; dextra tenet laurum eamque Hercules prensat. Liberi (*LEIBER*) barbati, qui proximus est, facies expressa est adversa, videtur autem quae fiunt non attendere. Iuxta eum est vitis. Deinde Victoria (*VICTORIA*) manibus tractat lineam a qua globuli (margaritae?) apti sunt; iuxta humi iacent clupeus et galea. Prope est Minerva (*MENERVA*) capite nudo, corpore inclinato, ad dextram conversa, manum dextram imponens ori Martis (*MARS*). Is multo minore modulo expressus quam ceteri sinistra tenet clupeum, dextra proicit hastam, genibus positis in margine vasis magni crateri similis. Intra quod quae exhibentur lineae mirum in modum inflexae quid sibi velint, non intellegitur. Pone Minervam volat parvula Victoria taeniam, quam manibus tenet, capiti eius impositura. Postremae sunt Diana (*DIANA*) adversa facie et otiosa, et Fortuna (*FORTVNA*) amplo vestitu ad sinistram conversa; dextra eius sceptro innititur. — In limite superiore praeter alia ornamenta Cerberi forma facta est.

Cista singulari argumento quod incisum est et nominibus adscriptis insignis cum robagine vehementer correpta esset, iam ita est emundata, ut quae expressa sunt satis agnoscere potuerit Helbigius, quamquam fortasse minores quaedam res adhuc latent. Nomina accurate repraesentavimus supra et argumentum enarravimus a dextra procedentes ad sinistram. Interpretationem rei gestae ab artifice expressae probabilem se non repperisse scribit Helbigius, cui haec omnia debemus.

22 in speculo Praeneste rep.; possident Pasinatii.

TELIS	ΑΙΔΑ	ΑΙΓΑΙΟΝ	
<i>femina paene</i>	<i>vir arma</i>	<i>femina</i>	<i>Silenus</i>
<i>nuda, virum</i>	<i>induens</i>	<i>cum lyra</i>	
<i>adiuvans qui</i>		<i>et plectro</i>	
<i>arma induit</i>			

R. Schoene qui vidit ann. inst. arch. 1870 p. 351 sq. tab. XXIV. XXV.

De Telis nomine cf. Varro de r. r. 3, 3, 19: *ad hanc rem electis maximis gallinis nec continuo his quas Melicas appellant falso, quod antiqui ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.*

23 speculum prope Praeneste repertum a. 1866; possidebat primum comes Tyskiewicz, nunc Sambonus Neapolit.

<i>tir</i>	<i>tir</i>
<i>barba-</i>	<i>puerum</i>
<i>tus</i>	<i>amplexus</i>
<i>gladio</i>	<i>eumque</i>
<i>stricto</i>	<i>gladio</i>
<i>alterum</i>	<i>perfossurus</i>
<i>aggre-</i>	<i>in ara</i>
<i>diens</i>	<i>sedens</i>
TASEOS	LVCORCOS

PAINICOS · TASEO · FILIOS

Helbig Bull. dell' Inst. 1866 p. 14; de Witte Comptes rendus de l' Académie 1869 p. 105; H. Heydemann Ann. dell' inst. 1869 p. 197 tab. VII 2.

Quod post TASEI cernitur o non pro littera accipendum, sed puncti loco est. Lycurgum regem Thraciae cum narrent mente alienatum a Baccho uxorem et filium occidere voluisse, quod hic proponitur ad fabulam diversam spectare videtur nobis ignotam, nec nominatur alibi neque Taseus vel Thaseus, quem qui de speculo egerunt Thasi insulae Thraciae vicinae eponymum esse coniectantur, nec filius eius Philonicus. Nota Graecum κ Latine redi per litteram Φ. Non recte Maury apud Wittium in vocabulo eo pro Lycurgo vidit Lupercum.

24 speculum Praeneste rep., nunc apud Augustum Castellani.

MARSVAS	PAINISCOS
<i>saltant circa craterem columnae</i>	
<i>impositum</i>	
VIBIS · PIIPVS · CAIVAVIT	

Benndorf Bull. 1867 p. 67; de Witte Comptes rendus de l' Académie 1867 p. 52; ann. inst. arch. 1871 p. 119 tab. 29 n. 2.

[Painiscos est Πανίσκος. Nomen si quidem vere est Vibius Philippus, mirum hac aetate, nam ita aut praenomine omisso aut nomine gentilicio alterum utrum iungitur cognomini. Nisi hoc significatur Philippum speculum caelavisse Vibiis, quod artificiosius est quam verius, statuendum est inverso ordine proponi nomen Vibii et praenomen Philippi. TH. M.]

TITVLI SEPVLCRALES PRAENESTINI.

Ad titulos sepulcrales fere centum, quos composuimus I p. 28—31 n. 74—165 et p. 554. 555 n. 1501a—d eruderatos ex necropoli vetusta Praenestina, iam accessit alterum tantum, quos hic dabimus alios ad ectypa Roma sub-

missa, alios ad editionem Henzeni maxime cura paratam in actis instituti archaeologici per hos annos editis, plerosque autem (scilicet quotquot carent asterisco) ab Adolfo Trendelenburg, qui a nobis rogatus ob eam rem mense Octobri a. 1871 Praeneste adiit, diligentissime recognitos vel etiam nunc primum descriptos. Locum, quem in pineis inscriptio occupat, ad eius maxime adnotaciones indicavimus itemque formam litterarum ad eius exempla potissimum expressimus. Monuit idem litterae *a* figuræ *A A A*, item litterae *l* *l l L* ita pingi, ut scriptura ab alia ad aliam per gradus declinet magis quam certa ratione eas distinguat. Litterae *c* formam angularem certam esse I, 158 (ubi <·VSORO legit Trendelenburgius, cum Q: pro C: ibi viderint Henzenus Ritscheliusque), eph. 55. 111. Mommsenus I p. 554 statuit, cum titulos ipse vidisset ad quadraginta, remotioris aetatis inscriptiones esse eas, quae in basibus rotundis pinearum modo in margine sive superiore sive inferiore, modo in basi media conscriptae sint, easque videri tribuendas esse saeculo quinto sexto, fortasse etiam septimi initio, contra recentiores esse titulos, qui vel in pineis ipsis vel in basibus quadratis pineae suppositis leguntur, eas enim descendere usque ad postremam reipublicae liberae aetatem. Ea divisio cum post titulos postea in lucem prolatos repetito examini subicienda sit, quod ex parte praeivit Henzenus *Bull.* 1866 p. 134, nos quam accuratissime potuimus, quem quaevis inscriptio locum occupet, indicavimus. Addimus secundum adnotaciones Trendelenburgi legi I, 86. 118. 120 in margine superiore basis rotundae pineae; I, 91. 95. 158 in margine inferiore basis rotundae pineae; I, 92. 121. 124. 143 in basi rotundae pineae; I, 136 in basi protomae.

25 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

M · ACVTI · C · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Cf. I, 83 C. *Aquti C. f.* et titulum sequentem.

26 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868.

SEX · AFILIVS · T · F

Henzenus ad ectypum missum a canonico Praenestino D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

27 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannum.

l · AGVTI

Sic Trendelenburgius et ectypum Henzeno missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

In ed. errore legitur l · ACVTI · A · F.

28 in basi rotunda pineae. Praeneste apud Bonanninm.

C · ANCILI · T · F

Descripsit Trendelenburg.

29 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863. Hodie apud Bonannum.

L · ANICIO

Henzenus *Bull.* 1863 p. 123 a Cicerchia.

Anicios Praenestinos alios habes I, 75—77.

30 in ipsa pinea litteris parum certis Praeneste in vinea Dominici Cecconi adfini vineae q. d. *la Colombella*. Hodie apud Bonannum.

MAIO · ANICIA · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.
Trendelenburgius excepti sic: M MO · A T / / I A · C · F /.

31 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie in fundo Barberiniano qui dicitur *ai prati*.

C · ANTONIO · NV · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

In lapide est NV · F, non M · F.

32 in basi quadrata pineae. Rep. Praeneste a Galeassio.

ARACILIA · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia, ad quod edidit *Bull.* 1864 p. 21.

33 in basi quadrata pineae. Praeneste rep. in fundo q. d. *la Colombella*, hodie *ai prati*.

ATLIA · A · L

LAIS

Descripsit Trendelenburg.

[Hic titulus et n. 63 eo nomine notabiles sunt, quod cognomen mulieris habent post gentilicium soli ex Praenestinis his. Nam praeterea quae inveniuntur mulierum nomina praeter gentilicium, ei praeponuntur, ut *Eucklesis* I, 94; *Gaia* (eph. 49 cf. n. 69); *Cemna*, fortasse pro *Gemina*, I, 99; *Graeca* I, 155; *L(ucia)*, si titulus recte lectus est, eph. 90; *Maio*, i. e. *Maior*, I, 108. 159. eph. 30. 121. 127 cf. 73; *Maria* I, 149. eph. 64; *Mino*, i. e. *Minor*, I, 78. 97. 153. 161. eph. 44. 80; *Rudia* I, 1501c; *Tertia* vel *Tert.* eph. 51. 108. Haec mulierum nomina, si excipias *Gaiae* et *Tertiae* et dubium *Luciae*, non notantur, sed perscrubuntur, cum virorum praenomina paucis ex-

ceptis, quae sunt *Opi* I, 146, *Tirri* eph. 53, ..cio I, 150, perpetuo notentur. Tria nomina ut in mulieribus nusquam offenduntur, ita in viris quoque rara sunt et fere redeunt ad Oppios solos, quos Praeneste probabile est, ut Romae Cornelios, mature in stirpes discessisse; horum sunt I, 122. 129. 130. 131. eph. 86. Alibi non inveniuntur nisi in titulis I, 110. 135. 156, quorum hic corruptus est; nam *Aris* eph. 57 quid significet, ignoro. TH. M.]

34*¹⁾ Praeneste.

L · AVLI

..... ORCIVIVS

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

Vereor ne sint duo tituli male coniuncti. — Cf. infra n. 88.

35 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannium.

L · AVLI · L · L

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.36 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

AVLIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 166.

37* in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

AVLIA · C · F

Misit Henzenus ectypum acceptum a D. Bonanno, ad quod edidit *Bull.* 1866 p. 134.

38 in basi rotunda pineae. Rep. Praeneste a Galeassio.

V · CAICI

Eadem videtur repetita litteris singularibus haec:

V · C

Prioris tituli ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia. Edidit *Bull.* 1864 p. 21.[Praenomina virorum praeter recepta apud Romanos tituli Praenestini dererunt adhuc haec: *K.* I, 107. eph. 49. 102. 103; *Mai.* eph. 78; *Nu.* eph. 109 (cf. *N.* I, 74. 84 cet.); *Opi*. I, 146; *Pes.* eph. 50, quod est *Pescennius* (cf. I, 137); *Pla.* I, 116; *Sta.* I, 103; *Tirri* eph. 53; *Tr.* eph. 78. 99; *V.* I, 75. eph. 38. 120. 123; ...cio I, 150. TH. M.]

¹⁾ Titulos asterisco distinctos non vidit Trendelenburgius. In reliquis ab eo recognitis nomen eius ibi tantum apposuimus, ubi lectionem emendavit.

39 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

C · CAMELI · C · F

D. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Cf. I, 1501a et titulos sequentes.

40 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

CAMELIA

Misit Henzenus ectypum acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

41* in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

CAMELIA · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

42 litteris pulchris et vetustis in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

L · CAROI /

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1867 p. 184.

43 in ipsa pinea litteris non optimis, sed vetustissimis. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

A · CIROPOLII · M · P

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1867 p. 184.

44 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

... ce|STIO · C · II · C · N

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1867 p. 184.

Initio legerunt |OTIO Henzen, |STIO Trendelenburg.

45 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Galeassi.

C · CEST

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

Cf. I, 93. 94 et titulos sequentes.

46*. basis rep. Praeneste a. 1863 in fundo Barberiniano.

CESTIA · Q · F

Henzenus edidit *Bull.* 1863 p. 124 missam a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III D.

47* sotto un busto femminile di pietra calcarea. Praeneste.

CINCIA · C · F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III E.

48* in basi quadrata pineae. Praeneste rep. a Galeassio.

COLONIA · M · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

Cf. *Mino Colonia* I, 97 (cf. p. 555).

49 (= I, 96) in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste rep. in vinea Bandiera, hodie apud Bonannum.

C COMENIAI · K · I

Sic excepit Trendelenburgius, de sola prima littera dubitans. Ad exempla corrupta datur I, 96.

50 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste apud Bonannum.

C · COMIO · PES · F

Descripsit Trendelenburg. Eandem ad ectypum evanidum et imperfectum ed. Henzenus *Bull.* 1869 p. 166 sic: C · COPAIO · P · F.

Eiusdem gentis nomen infra n. 54 sic effertur *Cumia*.

51* in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Ceconii.

TERT · CORIARIA

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Cf. I, 100.

52 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

C · CRA · II · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

53 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

TIRRI · CRAISI · TIR · F

Emendavit Trendelenburgius. Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 166.

CRAISI Trendelenburg, lectionem certam esse testatus, eandemque etiam in ectypo agnovimus. CRIALBI Henzenus dubitans.

54 in ipsa pinea. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

MINO · CVMIA · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 164.

Cf. n. 50.

55 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

↳ · DINDI

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166; plenius Trendelenburgius.

56 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

CN · DINDI · CN
F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

57 in ipsa pinea. Praeneste rep. Galeassi.

GN · DINDINDI · ARIS · ↳ F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia ediditque *Bull.* 1864 p. 22; postea vidit ipse.

DINDINDI errore scriptum esse pro DINDI iudicat Henzenus recte. — Editum est ARISIF; postea Henzenus lapide inspecto videre sibi visus est ARIS · ↳ F idque nos quoque in ectypo legere videmur, confirmatque Trendelenburgius.

58 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

↳ · DINDIO · ↳ F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 164.

59 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

A · EΠΟΛΕΙVS · M
F

Emendavit Trendelenburgius. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Iam confirmatur supplementum I, 105 propositum EπuLEIA · C · F.

60 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · EΠΟΛΕΙΟ · C · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

61 in ipsa pinea. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · EΠVΛEIVS · M · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

62 in basi protomae. Praeneste in monasterio patrum trinitariorum dis-calceatorum.

ETRILIA · NV · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 166.

63* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

ETRILIA · L · F · LONGA

Descripsit F. Matz *Bull.* 1870 p. 105.

ETPILIA Matz.

64 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

MARIA · FABRICIA/

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.
Maria praeomenum habes I, 149; Fabricios Praeneste I, 106—108.

65 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

L · FEIDENATI · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

66 in ipsa pinea. Praeneste apud Bonannium.

C · FLAVIO · L · F

Descripsit Trendelenburg.

67* in pinea rep. Praeneste a Galeassio.

P · FLAVI · P · F

Henzenus *Bull.* 1864 p. 22 a Cicerchia.

68 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

M · FOVRI

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

69 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste apud Bonannium.

GAIA · HRI

Descripsit Trendelenburg.

70* in basi Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

SEX · GEMINIO · SEX · F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl *suppl.* III p. VI tab. III H.

71* in protome puellae, quae inaures habet et circa collum lineam margaritarum, rep. Praeneste.

in pectore:

GEMINIA · C · F

CN · VATRONI · VXOR

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.

72* in basi rotunda pineae. Praeneste rep. in fundo dicto *la Colombella* m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannum.

GMINIA · M · F

Descripsit Trendelenburg. Ed. Henzenus ad ectypum missum a Bonanno *Bull.* 1869 p. 165 sic: cOMINIA · M · F; sed G littera certa est.

73 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Hodie apud Bonannum.

{O · CESIA

Trendelenburg descripsit de secunda littera dubitans; D. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Fuit *Maio* (vel *Mino*) *Gesia*, id est *Gessia*.

74 In basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi vicina fundo qui dicitur *la Colombella*. L · IVNIVS · C · F

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

Iunios cf. I, 112. 113.

75* fortasse in basi pineae. Praeneste in vinea Galeassi.

{LABEONI}

Bonannius *Bull.* 1867 p. 184.

76 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

Q · MAGONI · V · F · V · N

Recognovit Trendelenburg; Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Macolnios Magolniosve vide I, 116—118.

77 in basi quadrata pineae. Praeneste apud Bonannum.

S · MAG

Descripsit Trendelenburg.

78 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

TR. MAMIO. MAI F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

79* Praeneste.

L. MANICI. M. F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III G.
Cicerchia tum cum titulus repertus est ipsum MANICI nomen legit; in ectypo Ritschelius legere non potuit nisi litteras L.M.I.I.M.II.

80 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannum.

MINO. MATILIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

81 in margine inferiore basis quadratae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

MINVIA. C. F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 166.

82* litteris maioribus in basi protomae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

NOVIEIA. L. F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Bonanno, ad quod edidit *Bull.* 1866 p. 134.

83 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannum.

C. OCTAVI. L. L

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

84* litteris solito maioribus in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

OCTAVIA. Q. F

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

85* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

M. OPIO. M. F

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.

Opios sive Oppios cf. I, 122—132.

86 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste rep. a Galeassio.
Hodie apud Bonannum.

P · OP' O · CEST

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

87* Praeneste.

OPIA · L · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

88 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto
la Colombella rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

ORCEVIA · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165. Hodie
deesse C · F ait Trendelenburgius.

Orcevios, Orcivios, Orcuios cf. I, 133—136, eph. 34. 89.

89 in basi rotunda pineae. Praeneste rep. a Galeassio. Extat apud Cicerciam.

Q · ORCVIVS · Q · L · sic

Ectypum acceptum a Cicerchia misit Henzenus ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

[Notabile est in titulis his Praenestinis inter duos consonantes passim
vocalem *e*, raro *a* omitti: ut legitur *Atlia* eph. 33; *Cemna* I, 99, si lectio
proba est; *Craisli* eph. 53; *Gminia* eph. 72; *Mgolnia* I, 118, *Matlia* eph. 80;
[*N*]umtoriai I, 121; *Orcvio* I, 133, *Orcvius* hic, cum alibi legatur *Orcevius*;
Pescnio.... I, 137; *Ptronio* eph. 92; *Poldia* eph. 95; *Trtia* eph. 108; *Voln-*
tili eph. 126, cum alibi sit *Volentilius*. TH. M.]

90 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep.
m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

FACILIA · A · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

91 in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

L · ΠΑΡΙΑ

Ectypa plura, sed evanida omnia misit Henzenus accepta a D. Bonanno
ediditque *Bull.* 1866 p. 135. Emendavit Trendelenburg, adnotans litteras
duas paenultimam et ultimam incertas esse.

92 litteris vetustissimis in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Galeassi.

L · ΠΤΡΟΝΙΟ · C · L · sic

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1867 p. 184.

93 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

PETRONI · IVNIA

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Malumus IVNIA · PETRONI.

94* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

L · PLAVTIO · M · F · L · N

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III F.

Littera postrema dubia est; ~~l~~ tabula Ritschelii, qui proposuit ~~N~~ probabilius; ~~M~~ Henzenus. *Plautios* reperies I, 138. 139.

95* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

POLDIA · C · F

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.

96 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

C · PVLLIVS · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

97 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

P · PVVI · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

98 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

Q · PVLLIVS · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

99 in columna. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

TR · PVPI · M · L

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

100 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannium.

.. rOSCI · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Cf. I, 143.

101 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

L · SAMIARI · C · F

Ad ectypum acceptum a D. Bonanno, quod nos non vidimus, Henzenus editit *Bull.* 1866 p. 135. Trendelenburg legit SAFNIARI, de π littera dubitans.

102* litteris solito maioribus in basi pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

C · SATRICANI · K · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 134.

[Titulus hic quique sequuntur soli fere probant, quicumque Praenestinorum non concepti sint easu primo, ad secundum revocandos esse, non ad tertium; nam mulierum, ut I, 147 *Sehiai L. Opi*, tam ad genetivum accommodari possunt quam ad tertium, virorum autem plerique in *i* finientes tam ad nominativum quam ad genetivum. At cum, certe secundum leges nomenclature Romanae, *Satricanus* requiratur, hic genetivus intellegendus est. Quamquam titulo fracto eph. 129, in quo est *IUCANIA*, potest defendi gentilicium formam Praenestinam fuisse Satricanum. TH. M.]

103 Praeneste.

K · SATRICANI · K · F

Ectypum misit Henzenus. — Quam in basi quadrata pineae apud Bonannum Trendelenburgius vidit ICANI · K · F, aut haec est fracta aut ea quae praecedet.

104* in pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

/SATRICANI
L · F

Dedimus ad ectypum. Henzenus *Bull.* 1866 p. 134 a D. Bonanno acceptam edidit sic: L · SATRICANI

105 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

M · SAVFEIVS · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

Cf. I, 145. 146.

106 litteris solito maioribus in basi quadrata pineae. Praeneste apud Bonannum.

SAVFE

Descripsit Trendelenburg.

107* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

SAVFEIA

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III C; Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

108 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

TRTIA · SAVFIA sic

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

109 in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannium.

✓ · SHVICIO · NV · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Litterae certae sunt omnes, etiam tertia, quam pro e habendam esse tituli Seliciorum Praenestini I, 148. 149. eph. 110 demonstrant.

110 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · SELICIVS

C · F

Emendavit Trendelenburg. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

111 sopra la piramide di pigna. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

SERVIA · M · F

◀ INSI · VXOR

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

112* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

C · TAPIO · SEX · ✓

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III I. Tampios Tapiosve vide I, 150. 151. 1501b.

113* in pinea. Praeneste repperit Galeassius.

✓ · TAMPPIO

Ectypum non satis evidens misit Henzenus a Cicerchia acceptum ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

- 114** in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannum.

M · TAMPI · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

- 115*** in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868.

M · TAMP · M · F

Misit D. Bonannius 1869 p. 165.

- 116** in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

Q · TEREBVNI · M · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

- 117** in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannum.

TERENTIA · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

- 118** in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannum.

TITIA · P · F

Misit Henzenus ectypum acceptum a D. Bonanno ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Cf. I, 152.

- 119** in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie in domo advocati Cicerchia *al corso* n. 105.

TITOLEIAI - M · F

Emendavit Trendelenburg. Non recte Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

Post primum τ fortasse adest punctum, certe interstitium.

- 120** in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

V · TONDI · M

L

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

121* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

MAIO TVTIA · Q · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.
Cf. I, 153 MIN · TVTIA.

122* Praeneste.

VATRONIVS

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia.
Cf. I, 155.

123 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

V · VATRONIVS

Bonannius *Bull.* 1869 p. 165.

124* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

VEHILIA · M · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.
Cf. I, 157.

125* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

VETTEIAI · T · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.

126 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

C · VOLNTILIA · C · L sic

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 165.

127 in ipsa pinea. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati*.

MAIO · VOLVENTILIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonanno *Bull.* 1869 p. 164.

128* Praeneste.

F · GRECIA

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.
Corrupta videtur.

129 in basi rotunda pineae. Praeneste apud Bonannum.

LUCANIA

Descripsit Trendelenburg.

130* Praeneste.

..... \ Q F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

131* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatum.

..... S V F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.

132—138 Laminae aeneae da una collezione di oggetti antichi formata in una città della Basilicata (Lucania) FABRETTI. Nunc in museo Taurinensi publico.

132 OV · AFARIES · OV

133 OV · CAISIDIS · OV

ab altera parte:

134 TR · PLATORIVS · TR

135 NO · COMNI · NO

136 N · MARAIES · N

137 C · SOIES · MIN

138 L · VILLIVS · V · F

Descripsit Mommsenus. Edidit Ariod. Fabretti *Atti e Memorie della Deputazione di storia patria per la Romagna III* (Bologna 1868) p. 155 sq. et C. I. Ital. CCCXIII. LVIII bis A—F. N. 123 ligno incisam idem dat in glossario p. 1681.

Ad patrum nomina filius in una tantum additur n. 138 omnium sine dubio recentissima. Praenomina sunt *G(aius)* n. 137, *L(ucius)* n. 138, *Min(atius)* n. 137, *No(vius)* n. 135, *N(umerius)* n. 136, *Ov(ius)* n. 132. 133, *Tr(ebius)* n. 134, *V(ibius)* n. 138. Inter gentilicia nomina *Afarium*, *Caesidium*, *Platorium*, *Soium* (Grut. 828, 11), *Villium* nota sunt; *Maraies* videtur esse Marius (cf. Mommsenum *Unterit. Dial.* p. 277), *Comni* fortasse Cominius. Ceterum hos titulos receperimus quidem, cum pertineant ad antiquam litteraturam Latinam illustrandam, sed plerosque eorum Oscos magis esse Latinis litteris scriptos quam vere Latinos demonstrat et omissio filii et nominativus secundae declinationis finiens in *es* et praenominum non Romanorum prae receptis apud

Romanos frequentia. Idem iudicium facimus de tessera eburnea Romam allata ad Saulinium ex agro Tarricinensi sic inscripta:

STATIS · CLÓIL · C

quam edidit Brunnus *Bull.* 1864 p. 37. Denique titulum in Paelignis repertum hunc (*Bull.* 1865 p. 37, *Ann.* 1866 p. 118 sq.):

T · VIITI◊ | DVN◊ | DIDIIT | HIIRC◊ | IÖVIO | BRAT | DATA

recte docuit Corssenus nequaquam Latinum esse, cum praesertim *brat* vocabulum interpretationis incertae alibi quoque redeat in titulis Oscis.

G. WILMANNS.